

Sammelband

J

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33



30
Conclusionum Forensium
EXERCITATIO XXX.
Ad Lib. XVII. Tit. I. Digest.

Quam,
Divina Gratia Favente,
SERENISSIMO AC CELSISSIMO PRINCIPE
AC DOMINO,
D O M I N O
LUDOVICO,
Duce Würtembergiæ ac Tecciaë, Comi-
te Montisbeligardi, Domino in Heiden-
heim, &c.

UNIVERSITATIS
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
PRÆSIDE
WOLFGANGO ADAMO Lauterbach/
U. J. D. & Prof. Publ.

Placido Eruditorum Examine,

Ad diem Januar.

proponit
HENRICUS Bafmeister/
NEOBURG - WÜRTEMB.

TUBINGÆ,
Typis excudebat JOACHIMUS HEIN.
ANNO M. DC. LXXVI.

Conclufionum Torquentium

EXCERPTA XXX

Ad Lib. XII. Tit. I. Digesti

Opera

Divina Gratia

SERENISSIMO AC CELSISSIMO PRINCIPIS

AC DOMINI

DOMINO

LUDOVICO

Duce Wirtembergiae ac Tecciae Comi-

te Monteburgensi Domino in Heiden-

heim

UNIVERSITATIS

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

FRANCO

WOLFGANGO ADAM

L. J. D. & P. P. P. P.

Placido Exultationis Examine

Ad hunc

Opera

HENRICUS

Nassau-Wilhelms

TUBINGAE

Typis excudebat Joh. Christoph. Herl

Anno M. DC. LXXVI





Conclusionum Forensium

EXERCITATIO XXX.

Ad Lib. XVII. Tit. I. Digest.

I.

Mandatus, Mandantis pecuniam, quam ab illius debitor exegit, & penes se habuit, mandatario nomine, fœnori exposuit; usuras, quas inde accipit, mandanti restituere tenetur, idque, siue mandans, ut pecunia fœnori detur, mandaverit, siue non; (a) etiamsi usuras licitis majores acciperet, (b) & Mandans mandaverit, quod Mandatarius pecuniam illam Titio gratuitam dare deberet. (c) Cæterum si Mandatarius, Mandantis pecuniam, suo proprio nomine, atq; sic suo periculo, dedit fœnori, ipse quidem usuras illas sibi acquirit, nec Mandati actio ad illas repetendas competit: (d) officio tamen Iudicis propterea ad usuras teneri videtur, quod pecuniam Mandantis in suos converterit usus, (e) aut jure actionis ad interesse, si Mandans, ut pecuniam mandatario nomine fœnori daret, mandasset. (f) Solum nominis periculum, quod ad Mandatarium ex singulari causa spectat, non facit, ut usuræ ad ipsum pertineant. (g)

a) l. 10. §. 3. ff. mandat.

b) arg. d. l. 10. §. 3. ibi: *quantumcunque emolumentum*. arg. l. 46. §. 4. ff. de procur. l. 8. §. 1. de neg. gest. Tanto enim facit improbius, & contra bonam fidem, quanto improbius lucrum est, quod ex aliena pecunia vult retinere. Ant. Faber ad d. l. 10. §. 3. Diss. Franc. Salg. in labyrinth. credit. concurr. part. 2. c. 30. n. 39. vid. Brunnem. ad d. l. 8. §. 1. ff. de neg. gest.

c) d. l. 10. §. 8. ff. mandat.

d) d. l. 10. §. 8. in fin. arg. l. 67. §. 1. ff. pro soc. l. 7. C. si cert. petat. l. 8. C. de pos. l. 6. C. de R. V. l. pen. C. si quis alteri vel sibi. vid. Salgad. d. cap. 20. n. 34. & seq.

e) d. l. 10. §. 3. ibi: *Sed ad usus suos convertit*. ff. mandat. iunct. l. 3. §. 5. ibi: *quod nomen ei acquisitum*. ff. de in rem vers. vid. Brunnem. ad d. §. 3. n. 6. & seqq. nisi hoc dominus permiserit. arg. l. 25. §. 1. ff. de pos.

Cg

f) arg

f) *arg. l. 5. §. 1. l. 6. §. 1. l. 27. §. 1. ff. mandati.*

g) Ut si Mandatarius, pecuniam Mandantis Titio credendam, dedit Mævio minus idoneo; tunc enim nominis quidem periculum pertinet ad Mandatarium, *arg. l. 21. §. ult. ff. de neg. gest.* sed lucrum vel minimè. *vid. l. 37. §. 1. ff. de neg. gest.* Idem dicendum, si mandatarius, nominis periculum mandatario nomine contracti, pacto in se recepisset; *arg. l. 12. §. 13. ff. mandat. v. gr. si Mandanti, an Titio pecunia sub usuris credenda dubitanti dixisset Mandatarius: crede meo periculo; Ich will gut darfür seyn; & mandans Mandatarii fidem secutus, eidem, ut Titio pecuniam illam mandatario nomine crederet, permisisset, periculum quidem mandatarii esset, sed usuræ mandantis. Periculum quod ad aliquem spectat ob culpam, moram vel speciale pactum, non statim ad eundem transfert ejusdem rei commodum. *arg. l. 11. l. 35. §. 1. ff. de negoc. gest. Anton. Faber. ad d. l. 11. vid. Aug. Barbof. locupl. lib. 3. cap. 31. ax. 4. ibi: quando scil. utriusque par ratio, & utrumque ex eodem fonte &c. vid. §. 5. §. mandat.**

II.

Mandatarius, qui à Mandante accepit equum in nundinis Tubingensibus vendendum quinquaginta florenis, & postea ibidem cognovit, equos ejusdem conditionis, ob emptorū multitudinem, non 50. tantum, sed pluris, & 70. aut 80. florenis vendi, boni viri & mandatarii officium non implet, si equum illum 50. tantum vendit; & propterea etiam, ad illius temporis & loci vulgare ac commune pretium supplendum, directâ mandati actione conveniri potest à mandante; (a) quippe qui certum pretium in mandato determinavit, ne equus infra, & minori pretio vendatur; (b) minimè verò, ne, maximè in ejusmodi casu, pluris distrahatur; imò mandans hoc, ut, si possit, pluris vendat, tacitè mandasse censetur. (c) Unde, si mandatarius equum illum 70. florenis vendidit, mandanti 50. florenos solvendo non liberatur, sed eidem integrū pretiumolvere tenetur, (d) etiam si *ἐμπερικλήσις* seu negotiativè ac emptoris stultitia pretium comūni ac vulgari majus accepisset; (e) nisi aliud conventum esset. (f) Aliud quoque obtinet in contractu æstimatorio. (g)

a) *arg. l. 21. C. mandat. Christoph. Haunold. de Jur. & Just. tom. 4. tit. 10. cap. 6. n. 683. ubi scribit: supra dictum est, quod man-*

mandatarius teneatur ad exactam diligentiam, si oblatâ occasione carius vendendi id non faceret in gratiam Mandantis.

- b) l. 5. §. 3. ff. mandat.
- c) arg. §. 4. §. 7. de mandat. ibi: quoniam qui mandat, ut sibi centum aureorum fundus emeretur, is utique mandasse intelligitur, ut minoris, si possit, emeret. l. 3. pr. l. 5. §. fin. ff. mandat. Haunold. dict. l. Francisc. Salgado. in labyrinth. creditor. part. 2. cap. 19. n. 7. ibi: quia non intelligitur rem suam dare vendendam dominus pro decem, quin velit habere duodecim, aut plus, si potest, Bonacin. de contract. & restit. disp. 1. quest. 2. punct. 6. num. 13. Cardin. Lugo de Just. & Jure disp. 26. sect. 9. n. 150. vers. tertio in fin. Molin. de Just. & Jur. tract. 2. disp. 363. n. 1.
- d) arg. l. 10. §. 3. & 8. ff. mandat. l. 20. pr. ff. mandat. Brunnem. ad d. l. 10. §. 3. n. 5. Molin. Haunold. dd. ll. Bonacin. d. l. n. 16. & 19. Lugo d. l. vers. secundo. etiam si non sine sua opera & industria Mandans tanti equum vendidisset, arg. l. 1. §. ult. ff. mandat. Molin. d. disp. 363. n. 1. ibi: quoniam quamcunque moralem diligentiam apponat, lucrum ad dominum rei spectat. ubi tamen in fine addit limitationem: si mandatarius, v. gr. in nundinis Tubingensibus majus pretium invenire non potuisset, & propterea rem in alium locum transtulisset, atque ibidem pluris eandem vendidisset, quam ipsam limitationem etiam alii communiter probant, teste Bonacin. d. l. n. 19. vid. tamen Lugo d. l. vers. quart. l. 11. l. 38. ferè in fin. ibi: cum gratuitam certè integram & abstinentem omni lucro prestare fidem deberent. ff. de negoc. gest. l. 20. ff. mandat.
- e) arg. l. 20. pr. ff. mandat. l. 46. §. 4. ff. de procurat. l. 8. §. 1. ff. de neg. gest. vid. Lugo d. l. n. 150. vers. primo. ubi tradit excessum emptori restituendum potius, quàm mandanti; quod ipsum, si sua sponte faceret Mandatarius, an ipse, ratione mandantis, in foro liberetur ab obligatione integri pretii solvendi, dubio haud careret. arg. d. l. 46. §. 4. & arg. l. 23. ff. de neg. gest. iunct. l. 22. §. fin. ff. locat. l. 16. §. 4. ff. de minor.
- f) arg. l. 13. pr. ff. de prescript. verb. l. 6. pr. ff. mandat. Molin. de Just. & Jur. disp. 363. n. 1. ibi: quoniam si intervenit pactum tacitum vel expressum. Lugo d. l. vers. tertio. ubi addit, censeri in dubio pactum hujusmodi initum, quando proxenetæ, eicem Interkäuffer/ res tanti vendenda fuit tradita, nullo laboris
 Cg 2 sui

fui stipendio assignato, vel promisso. Verùm, cùm Proxenetæ, proxeneticum etiam non promissum, extra ordinem petere possint; *l. 1. & seqq. ff. de proxenet.* Marquard. *de iure mercator. lib. 1. cap. 8. n. 59.* & incertum sit, an proxeneta rem illam majori pretio venditurus sit; eapropter verisimile non videtur, ipsum, ob spem lucri incerti, certum remisisse, & ejusmodi pactum tacitum iniisse; *arg. l. 25. pr. ff. de probat.* maximè cum pacta tacita sine legis dispositione non facilè sint admittenda. *Carpz 7. F. part. 2. const. 33. def. 14. n. 7.* Bachovius *ad τὰ πρῶτα tit. de pact. rubr. de convent. tacit. numer. 1. & rubr. de secunda divis. n. 4.* Franciscus Salgado aliam addit limitationem, si nimirum ad mandatarium pertinet rei vendendæ periculum, docens: tunc quoque illud, quod ipse ultra pretium determinatum accepit, illius lucro cedere. *in labyr. cred. concur. part. 2. cap. 20. n. 7. & 40.* Verùm hanc quoque limitationem non catholicam esse, patet ex iis, quæ in præcedenti conclusione lit. g. sunt dicta. Sic si Titius pecunia destitutus, Cajo mutuam pecuniam petenti traderet certam rem certo pretio, & ipsius Caji periculo vendendam, ut ipse postea pecuniam inde redactam eidem Cajo credere posset; Rei quidem periculum propter illud pactum sine dubio ad Cajum Mandatarium pertineret, sed non illud, quod ipse ultra pretium determinatum ex illa venditione acciperet. Cajo enim periculum suscipit non ad lucrum ex mandato acquirendum, sed eam potius ob causam, ut à Titio mutuam pecuniam consequi posset.

g) *l. 1. §. 1. ff. de estimator. action.*

III.

Titius Cajo mercatori Francofurtensi mandat, ut sibi certas merces mittat, per Mævium nuncium sive aurigam, & non per Sempronium. Cajo merces mittit per Sempronium. Mævius & Sempronius unà proficiscuntur, & in via simul spoliantur, raptis quoque mercibus Titio missis. Mandatarius licet fines mandati transgressus fuerit, hoc tamen mercium periculum pertinet ad Mandantem.

Merces enim æquè periissent, etiamsi secundum mandatum Cajo transportandæ datæ fuissent. Licet autem alicujus culpâ

culpâ casum præcesserit, ipse tamen damnum refundere non tenetur, si casus evenisset, & res periisset, etiam culpâ non interveniente. *l. fin. §. 1. ff. ad l. Rhod. de salt. ibi: Arnold. Vinn. & Anton. Faber. in terminis Pileus, decis. 6.*

IV.

Mandatarius, cui res certo pretio vendenda est tradita, eandem pretio illo sibi retinere nequit. (a) Nec alteri illam, eodem pretio, fide de pretio habitâ, vendere potest. (b)

a) Mandans enim voluit, & mandavit, ut Mandatarius rem illam vendat, & quidem ad minimum dicto pretio, pluris verò & majori pretio, si emptorem invenire possit, quem etiam omni diligentia quærere debet. Vid. *præced. conclus. 1. lit. a. b & c.* Ipse ergo sibi dicto pretio rem retinere nequit: maximè, cum aliàs quoque duplici venditoris & emptoris officio fungi non possit. *arg. l. 5. §. 2. de auctor. tutor. iunct. l. 34. §. fin. de contrah. empt. ibi Gabr. Mudæ. n. 1. 4. 9. ibi: sed hoc in genere omnibus convenit, & commune est: quod qui ex officio suscepto rem alterius vendit, ipse proprio suo nomine illam non emat. & num. 14.*

b) *arg. l. 5. §. 3. ff. mandat. iunct. §. si quis. 33. vers. quâ enim ratione 7. de action. l. 15. §. 1. ff. de in diem addict. Bart. ad l. 15. §. sed si emptor. 7. ff. de re iudic. n. 2. Ias. Alex. Zac. & alii ad dict. §. 7. Mudæ. ad l. quod vendidi. ff. de contr. emt. num. 8. Mant. de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 22. n. 3.*

V.

Mandatarius, cui certa res vendenda, simpliciter, non determinato ejus pretio, nec causa venditionis apposita, est tradita, regulariter, fidem de pretio habere, & pretio nondum accepto per rei traditionem illius dominium transferre posse, communis est Dd. sententia: (a) verum nos tutius esse existimamus, si etiam hujusmodi mandatarius rem non nisi præsentis pecuniae vendit, & fidem de pretio non habet, (b) nisi consuetudo mandantis, (c) aut Regionis aliud suadeat, (d) aut aliunde de illius voluntate constet. (e)

a) *per l. 7. §. 4. ff. pro Emptor. l. 1. §. 1. ff. de except. rei vendit. Bartol. n. 2. Ias. Alex. Zac. & alii in l. 15. §. sed si emptor ff. de re iudic. Barthol. Bertazz. de claus. instr. 38 gl. 1. n. 15. Plebst. ad Jus Prov. VVürtemb. disp. 2. thes. 44. lit. a. Arias de Meia*

lib. 1. variar. resolut. cap. 50. n. 12. ubi tamen fatetur d. l. 7. §. 4. nihil probare.

b) Regulariter enim homines res suas vendunt, ut inde pecuniam conficiant & accipiant, eaque venditionis est natura, ut pretium statim sit solvendum, & venditor, integro pretio nondum accepto, rem venditam emptori tradere non teneatur. *l. 13. §. 8. ff. de act. emt. Arnold. Rath. tr. de emt. contrab. ass. 13. lit. c. Harpr. ad §. 40. 7. de R. D. n. 10. Tutissimum itaque erit, ut hujusmodi Mandatarius hanc venditionis naturam servet atque observet, & regulariter rem non nisi præsentî pecuniâ vendat, maximè cum ipse dominus rem suam vendens & tradens in dubio fidem de pretio habere non videatur. arg. §. vendita. 7. de R. D. l. 19. ff. de contrab. empt. Bachov. Vinn. Franzk. ad d. §. vendita. Christin. vol. 3. decis. 75. num. 4. Hahn. ad Wesenb. titul. de contrab. emt. in fin. Mudæ. ad d. l. quod vendidi. 19. de contrab. empt. n. 7. Gail. 2. obs. 15. n. 6. Arnold. Rath. tract. de empt. contrab. ass. 13. lit. c. & d. Unde verisimile non est, quod in dubio, ut hoc à mandatario fiat, eidem mandare & concedere voluerit; arg. l. 11. ff. de negot. gest. in primis, quia hoc ipsum, fidem sc. de pretio habere, & pretio nondum accepto dominium rei transferre, non est res parvi momenti; & mandanti magnum adferre potest præjudicium ac damnum. vid. Mudæ. d. l. n. 9. Carpzov. 7. F. part. 1. const. 28. def. 17. Eapropter alii ex Veteribus, etiam hujusmodi singulari mandatario potestatem habendi fidem de pretio denegârunt, ut Guil. Iac. de Aret. Cyn. & alii, quos citat Bertazzol. de clausul. instrum. cl. 38. gl. 1. num. 15. vid. Hahn. d. l. ubi scribit, ceterum hinc multò magis concluditur, mandatarium haud posse habere fidem de pretio, nisi hoc disertè probaverit.*

c) Ut si mandans consueverit ejusmodi res vendere, & fidem de pretio habere, arg. l. 12. ff. de pign. act. arg. l. 11. ff. de negot. gest. Bertazzol. d. l.

d) arg. l. 35. de R. 7. l. 31. §. 20. de edil. edict. Bertazzol. d. claus. 38. gl. 1. num. 19. ibi: Si consuetudo in illa regione vendendi ad credentiam. Stracch. de mercat. tit. mandat. num. 26. ibi: Si consuetum erat. Ferdin. Arias de Mesa lib. 1. variar. resolut. d. c. 50.

d. c. 50. n. 16. & cap. 45. n. 3. ubi scribit: ideo culpa caret, quod facit illud, quod consuetum est fieri. Unde procurator non solum potest facere ea, quae dominus facere consuevit, sed etiam quae per alium communiter fieri consueverunt.

- e) Hanc voluntatem colligunt Dd. ex generali mandato ad negocia & bona sua administranda, & negociationem suam exercendam. arg. l. 5. §. si ei. ff. de institor. act. Unde generalem mandatarium fidem de pretio habere posse, Dd. communiter docent, uti post alios etiam tradit Bertazzol. cl. 38. gl. 1. num. 14. Arias de Mesa d. cap. 50. n. 11. Mantic. de tacit. & ambig. conv. lib. 4. tit. 21. num. 2. & seqq. ubi addit, quibus in casibus nec hic fidem de pretio habere possit. De quibus etiam vid. Arias de Mesa d. l. c. 50. n. 13. ubi post alios scribit: nec generalem mandatarium ad res vendendas à minore datum, fidem de pretio habere posse; id quod, quia minores non possunt vendere res suas, nisi ex causa necessaria satisfaciendi creditoribus. iunct. l. 15. §. sed si emptor, de re iudic. quod ipsum catholicum non est. vid. l. 22. C. de administr. tut. vel curat.

VI.

Mandatum, quo Titius creditor, Cajo debitori suo mandavit, ut debitum 1000. flor. solvat Sempronio, Mandans, re integra, revocare potest; (a) licet Cajo mandatarius Sempronio, hoc sibi mandatum esse, & se eidem soluturum, denunciaverit, aut etiam (secundum nonnullos) promiserit, atque eidem ad hoc se obligaverit. (b) Haec autem revocatio facta censetur, licet Titius mandans saltem prohibuerit, ne Sempronius accipiat. (c)

- a) l. si cum Cornelius. 82. l. 106. ff. de solut. Alph. de Olea tract. de cess. iur. & act. tit. 8. quest. 1. num. 26. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 17. tit. 8. n. 9.
b) Vid. Mantic. d. tit. 8. num. 20. & seqq. Ioh. Marquard. de iure mercator. lib. 2. cap. 15. n. 19. & seqq. uti hoc in curia mercatorum non observari asserit.
c) l. 12. §. 2. ff. de solut. ibi Bartol.

VII.

Aliud obtinere arbitramur, si Titius, in literis Cambii Sempronio datis, Cajo mandavit, ut Sempronio 1000. flor. solveret; & Cajo literas Cambii sibi presentatas acceptavit; (a) etiam si Sempronius literas illas ad se recepisset, nec Cajo illas subscripisset. (b)

a) Se-

a) Secundum generalem enim consuetudinem, & Cambiorum naturam, ille, qui literas Cambii acceptat, non tantum mittenti sive tractanti, ad mandatum implendum, sed etiam presentanti sive remittenti, illa literarum acceptatione, ex constituto obligatur. Ioh. Mart. Vogt tract. de cambis thes. 7. lit. e. Raphael de Turri tract. de camb. disp. 2. quest. 12. num. 13. & quest. 16. n. 15. 16. 57. & seqq. Marq. de iure mercat. lib. 2. cap. 12. num. 84. ibi: qui acceptat, solvat. Wer acceptirt/muß zahlen. Quod ipsum cum mandans sciverit, ipse quoque; Cajo, ut scilicet literas Cambii acceptaret, atque eo ipso sese presentanti obligaret, mandasse censetur; quo itaque facto, & mandato pro parte impleto, res desit esse integra. Ioan. Dom. Gait. tract. de credit. cap. 2. titul. 7. num. 2426. vid. l. 27. vers. hoc amplius. ff. de const. pec. Turri d. tract. disp. 2. const. 23. n. 42. & seq. vid. etiam Scaccia tract. de commerc. §. 2. gl. 5. quest. 18. num. 449.

b) Vincent. Franch. decis. 303. nisi subscriptio ex singulari loci statuto necessaria esset. vid. Vogt d. thes. 7. lit. D. pag. 103. Franch. d. l.

VIII.

Unde, in dicto casu, post acceptationem literarum cambii a mandatario factam, nec mandantis, nec mandatarii morte mandatum solvitur. (a) Si vero ante cambii presentationem & acceptationem Mandans mortuus esset, per Mandatarii acceptationem mandatum non contraheretur. (b)

a) arg. §. 10. 7. de mandat. l. 15. C. eod. l. 1. & 2. C. de const. pec. Gait. d. tit. 7. num. 2429. & seqq. Diff. Bald. Castr. Imol. per l. 77. §. Marcius, de leg. 2. quæ procedit in casu concl. VI.

b) Mandantis enim voluntas per ejus mortem extincta, l. 4. ff. locat. cum acceptantis voluntate conjungi & copulari nequit, ita ut hic duorum in idem consensus deficiat. vid. l. 2. §. 6. ff. de donat. Turri d. tr. disp. 2. quest. 8. n. 31. & seqq. Fab. de Anna cons. 82. num. 17.

IX.

Mandatarius, qui literas Cambii acceptavit, presentanti solvere tenetur, licet ante solutionem Mandans decoxerit, & solvendo esse desierit. (a)

a) Franch. decis. 303. Gait. d. tit. 7. n. 2396.

X.

Titius vina certo pretio vendenda transmittit Cajo, eademque mandat, ut pretium tutâ occasione sibi remittat. Cajo suscipit mandatum, & vina vendit. Antequam verò pretium remittat, accipit literas à Titio mandante, ut pro pretio accepto certam salis quantitatem emat, & ipsi mittat. Cajo, licet secundum mandatum de sale emendo & mittendo suscipere non cogatur; (a) pretium tamen acceptum vi primi mandati remittere nequit. (b) Et si illud faceret, ac pecunia periret, Caji periculum esset. (c)

a) l. 22. §. fin. ff. mandat.

b) Primum enim duo diversa continet mandata; quorum unum licet fuerit impletum, hoc ipsum tamen non impedit, quo minus alterum revocari possit. arg. §. 9. 7. de mandat. l. 12. §. 16. ff. mand. vid. Mant. de tacit. & amb. convent. lib. 7. tit. 21. n. 7. ibi: Si cœpit interesse eius, qui mandatum suscepit. Quod hic factum censetur per secundum de sale emendo; licet illud à mandatario susceptum non fuerit; per ea, quæ tradit Mantic. d. lib. 7. tit. 22. n. 37. & seqq.

c) Vid. Marquard. de iure mercatur. lit. 2. cap. 11. n. 48. l. 11. pr. ff. de negot. gest.

XI.

Mandatum, quò procurator in rem suam constituitur, nec morte, nec revocatione solvi, etsi res adhuc sit integra, & nihil intervenerit ex illis tribus, quæ recensentur in l. 3. C. de novat. post multos à se allegatos Dd. tradit Franciscus Salgado. (a) Verum, quamvis non agnoscamus Alphonsi de Olea (b) distinctionem, quam in hac controversia facit inter procuratorem in rem suam cum cessione constitutum, cuique utiles quoque competant actiones, & inter procuratorem in rem suam sine cessione constitutum, cui tantum exercitium directarum actionum competat: (c) Attamen hic inter causam & titulum, ex quo procurator in rem suam est constitutus, distinguendum putamus: ita ut, si titulus sive causa illa ejus sit naturæ, ut morte vel revocatione tolli possit, ipsum quoque mandatum, quo ex dicta causa procurator in rem suam est constitutus, morte vel revocatione solvatur & tollatur. (d)

a) in labyr. cred. concur. part. 1. c. 27. n. 74. & seqq. quod etiam

Hh

docet

docet Christoph. Haunold. *de f. & f. tom. 3. tr. 10. cap. 6. controu. 10. n. 710.* Aug. Barbosa *adl. 15. C. mandat. n. 3. quo facit l. 25. ff. de procurator. l. 33. C. de donat.*

b) *tract. de cess. iur. & act. tit. 8. quest. 1. n. 28. & 29.*

c) Omnis enim procurator in rem suam per cessionem sive mandatum actionum constituitur, & omni procuratori in rem suam etiam utiles suo nomine competunt actiones, verum non ex cessione, sed ex legis dispositione, vid. *l. 8. in fin. ff. mandat. l. 55. ff. de procurat. l. 1. C. de magistr. conveniend. vid. Synop. tract. de hered. & action. vend. §. 13. & seqq.* non obstantibus omnibus illis, quæ in contrarium adfert laudatus Alphonsus de Olea. *d. tract. tit. 1. quest. 2. n. 27. & seqq. maximè n. 39. & seqq.*

d) Sic si quis ex mortis causa donatione alicui mandaret actionem, eumque procuratorem in rem suam constitueret, (ex hac enim causa procuratorem in rem suam constitui posse, probari potest *ex l. 2. ff. de mort. caus. donat.*) quin eiusmodi donator & mandator hoc suum mandatum revocare possit, & morte quoque huiusmodi mandatarii ante mortem mandantis contingente hoc mandatum solvatur, nulli dubitamus. *arg. l. 29. & seq. ff. de mort. caus. donat. §. 1. f. de donat.* Eodem modo, si ex causa permutationis quis mandavit actionem, & mandatarium procuratorem in rem suam constituit, antequam hic ex sua quoque parte promissum præstat, ipse mandans mandatum hoc, pœnitentia ductus revocare potest. *arg. l. 5. de condiçt. caus. dat. caus. non secut. l. 5. §. 1. ff. de prescript. verb.* Porro si huiusmodi Mandans, & procuratorem in rem suam constituens, lite ab illo nondum contestata, sine herede decedit, etiam hoc mandatum morte censetur extinctum, utili tamen actione apud huiusmodi mandatarium permanente *l. 1. C. de obligat. & act. ibi Aug. Barbof. & Brunnem. Mantic. de tacit. & amb. convent. lib. 7. titul. 23. n. 52. Ferdin. Arias de Mesa lib. 1. var. resol. c. 19. n. 14. & seqq.*

67
AB 153 961

VD 17


ULB Halle 3
005 300 959



2







Farbkarte #13

B.I.G.



32

um Forensium
 ATIO XXX.
 I. Tit. I. Digest.
 nam,
 ratia Favente,
 ELSSIMO PRINCIPE
 OMINO,
 A I N O
 OVICO,
 æ ac Teccia, Comi-
 , Domino in Heiden-
 m, &c.
 RSITATIS
 NIFICENTISSIMO,
 ESIDE
 ADAMO Lauterbach/
 t Prof. Publ.
 torum Examine,
 a Januar.
 oponit
 U S Hofmeister /
 - WÜRTEMB.
 INGÆ,
 OACHIMUS HEIN.
 DC. LXXVI.

